

**ORDEN**  
QUE DEBE GUARDARSE  
PARA VESTIR LAS VEGAS  
EN EL SEMINARIO CONCILIAR DE  
S. FERNANDO DE ORENSE.

**C**ONGREGADOS en el Oratorio ó Capilla del Seminario el Señor Director con sobrepelliz y estola blanca, los señores Capellanes con bonete, los Colegiales con manto y beca, y el agraciado con solo el manto y beca doblada sobre el brazo izquierdo; arrodillados todos, se dirá á coros y con pausa el Himno

**V**eni, Creator Spiritus  
Mentes tuorum visita,  
Imple superna gratia,  
Quæ tu creasti pectora.

Qui diceris **Paracletus**,  
Altissimi donum Dei,  
**Fons vivus, ignis, charitas,**  
Et spiritalis unctio.

Tu septiformis munere,  
Digitus Paternæ dexteræ,  
Tu ritè promissum Patris,  
Sermone ditans guttura.

Accende lumen sensibus:  
Infunde amorem cordibus:  
Infirma nostri corporis,  
Virtute firmans perpeti.

Hostem repellas longius,  
Pacemque dones protinus:  
Ductore sic te prævio,  
Vitemus omne noxium.

Per te sciamus, da, Patrem,  
Noscamus atque Filium,  
Teque utriusque Spiritum  
Credamus omni tempore.

Deo Patri sit gloria,  
Et Filio, qui à mortuis  
Surrexit, ac Paracletus,  
In sempiterna sæcula. Amen.

*Y concluido, dirá el señor Director en pie*

*el verso y oracion siguiente:*

7. Repleti sunt omnes Spiritu Sancto.  
8. Et cœperunt loqui.

## OREMUS.

**D**eus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Acabada la oracion se sientan todos, y el Secretario del Seminario lee en pie el decreto ó despacho del Illmo. Sr. Obispo á favor del nuevo electo.*

*Luego éste arro dillado delante del Altar hace la profesion de la Fe, y jura sobre el libro de los santos Evangelios en manos del señor Rector ó Director (ó del Sr. Obispo si pusiese las becas) é inmediatamente le pone el dicho la beca cruzada diciendo:*

Induat te Dominus novum hominem, qui secundum Deum creatus est in sanctitate et justitia.

*En seguida le entrega un Catecismo de san Pio V, diciendo así:*

Accipe vulumen istud, et comede illud; et vadens loquere ad filios Israel.

*Si fuesen dos ó mas lo dirá en plural,  
Concluida esta ceremonia, y puestos to-  
dos en pie, se dirá á coros el Himno*

**T**e Deum laudamus: te Dominum confi-  
temur.

Te æternum Patrem: omnis terra vene-  
ratur.

Tibi omnes Angeli: tibi cœli, et universæ  
Potestates:

Tibi Cherubim et Seraphim: incessabili  
voce proclamant:

Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dominus  
Deus Sabaoth.

Pleni sunt cœli et terra majestatis glo-  
riæ tuæ.

Te gloriosus Apostolorum chorus,

Te Prophetarum laudabilis numerus,

Te Martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum sancta confite-  
tur Ecclesia.

Patrem immensæ majestatis,  
Venerandum tuum verum, et unicum  
Filium.

Sanctum quoque Præclitum Spiritum.

Tu Rex gloriæ Christe.

Tu Patris sempiternus es Filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem,  
non horruisti Virginis uterum.

Tu devicto mortis aculeo: aperuisti cre-  
dentibus regna cœlorum.

Tu ad dexteram Dei sedes in gloria Patris.  
Judex crederis esse venturus.

*Se arrodillan todos al verso siguiente.*

Te ergo quæsumus, tuis famulis subveni:  
quos pretioso sanguine redemisti.

Æterna fac cum sanctis tuis in gloria  
numerari.

Salvum fac populum tuum Domine: et  
benedic hereditati tuæ.

Et rege eos: et extolle illos usque in  
æternum.

Per singulos dies, benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in sæculum:  
et in sæculum sæculi.

Dignare Domine die isto: sine peccato  
nos custodire.

Miserere nostri Domine: miserere nostri.

Fiat misericordia tua Domine super nos:  
quemadmodum speravimus in te.

In te Domine speravi: non confundar  
in æternum.

*Y finalizado, dice el señor Director el  
verso y oración siguiente, y á continuacion*

*las antífonas, versos, y oraciones de las Titulares del Seminario.*

℣. Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu.

℞. Laudemus et superexaltemus eum in sæcula.

### OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere et in potentia majestatis adorare Unitatem: quæsumus, ut ejusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur adversis.

Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Antiphona:* Unica est columba mea, una est perfecta mea, una est genitricis suæ electa. Viderunt eam animæ sanctæ et immaculatam prædicaverunt. Alleluja.

℣. Domine dilexi decorem domus tuæ.

℞. Et locum habitationis gloriæ tuæ.

### OREMUS.

Deus qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum filio tuo habitaculum præparasti: quæsumus, ut qui ex morte ejus-

dem Filii sui prævisa, eam ab omni labe præservasti, nos quoque mundos ejus intercessione, ad te pervenire concedas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

### *Antiphona S. Ferdinandi.*

Benedixit Deum cœli et loquutus ait: Sit nomen Domini benedictum à sæculo, et usque in sæculum: quia sapientia et fortitudo ejus sunt. Et ipse mutat tempora et ætates: transfert regna atque constituit. Tibi Deus patrum nostrorum, confiteor, teque laudo: quia sapientiam et fortitudinem dedisti mihi.

℣. Justum deduxit Dominus per vias rectas;

℞. Et ostendit illi regnum Dei.

### OREMUS.

Deus, qui beato Confessori tuo Ferdinando præliari prælia tua, et fidei inimicos superare dedisti: concede; ut ejus nos intercessione muniti, ab hostibus mentis et corporis liberemur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Antiphona S. Martini.*

**O** beatum Pontificem, qui totis visceribus diligebat Christum Regem, et non formidabat imperii principatum! O Sanctissima anima, quam etsi gladius persecutoris non abstulit palmam tamen martyrii non amissit!

*A.* Amavit eum Dominus et ornavit eum;  
*R.* Stulam glorie induit eum.

**OREMUS.**

**D**eus, qui conspicias, quia ex nulla nostra virtute subsistimus; concede propitius: ut intercessionem beati Martini Confessoris tui, atque Pontificis contra omnia adversa muniamur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Concluido todo lo cual, el nuevo seminarista besará el anillo al Ilmo. Señor Obispo, la mano á los señores Rector, Director y demas Capellanes Sacerdotes, y á sus compañeros les dará un abrazo.*